

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Tertia vrbis discordia. Ti. XXV

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

PRIMVS.  
PRIMA VRBIS DISCORDIA. TI. XXIII.

P Rima discordia ob ipotentiam sceneratoꝝ: quibus  
In terga quoq; seruiliter seuiētibus: i sacrum mon/  
tem plebs armata secessit. egreg; nec nisi tribunos  
impetrasset/Menenii Aggrippe facti & sapientis  
uir auctoritate reuocata est. Extat orationis antique satis effi/  
cax ad concordia fabula/ q̄ discedisse inter se quondam huma/  
nos dixit artus: q; omnibus ope fungentibus solus uenter imu/  
nis ageret: deinde moribūdos a seiunctiōe redisse i gratia: qua/  
do sensissent: q; eius opa/redactis i sanguinē cibus irrigarent.

SECUNDA VRBIS DISCOR. TI. XXIII.

S Ecundam i urbe decemuiratus libido confluuit: al/  
latas a Grecia leges decem principes/ lecti/ iubente  
populo conscripserant: ordinataq; erat in. xii. tabu/  
lis tota iustitia. Cum tñ traditos fasces regio quo/  
dam furore retinebāt. Ante ceteros, Ap, eo insolentie elatus ē  
ut ingenuā uirginem stupro destinaret: oblitus & Lucretia &  
Regum & Iuris qd̄ ipse cōposuerat. Itaq; cum oppressam iudi/  
cio filiam thrahi i seruitutem uideret Virginius pater: nihil cū/  
etatus i medio foro manu sua interfecit: ad mortisq; signis com/  
militonum/ totam eam damnationē obselsam armis i carcerē  
& cathenas ab Auentino monte detraxit.

TERTIA VRBIS DISCORDIA. TI. XXV.

T Ertiam seditionem excitauit matrimoniorum indi/  
gnitas: ut plabei cum patriciis iungerentur: qui tu/  
multus i monte Ianiculo duce Canuleio Tribuno  
plabris exarsit.